

**Veritates Christianæ Qvæ Modvm Exhibitent Benè Vivendi
Et Benè Moriendi**

Balde, Hendrik

Ipris, 1689

30. Cap. Vitanda sunt omnia peccata mortifera; quanto Deus illa
persequatur odio, pœna declarant.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56447](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-56447)

CAPVT XXX.

Vitanda sunt omnia peccata mortifera; quanto
Deus illa persequatur odio, pœna declarant.

Aliqua mortifera fugere non sufficit, fugienda sunt omnia. Qui unum
admitit, sit omnium reus; etenim ami-
citiâ Dei, cunctisque suis orbatur meritis,
ac si omnia mortalia peccata perpetrasset.

David vir fuit secundum cor Dei: nun-
quam tamen æternâ donandus fuisset glo-
riâ, si illum in adulterio mors occupasset.

Hinc odium Dei in mortiferum pec-
catum, ejusque malitia recte colligitur.

Si Matrem filij sui in accensam forna-
cem conjecti lachrymas & ejulatus risu
excipientem videres, eamque audires
dicentem: semper his velim crucieris
flammis, nunquam hinc ego te eximam,
nunquam te meum agnoscam filium; an
non judicares horrendum quoddam scelus
ab illo esse patratum?

Deus infinitè bonus est & misericors, in-
finitè magis nos amat, quam filium ama-
re potest Mater: nihilominus ubi de noxa
mortifera agitur (solâ licet cogitatione,
vel clam, tentationum vehementiâ,

E 2 importunis

Importunis precibus , amplisque pollicitationibus illa foret admissa) leoni instar , insurgit in iras tam horribiles ut exclusâ omni commiserationis spe non solùm à jucundissimo sui conspectu aeternum repellat eos omnes , quos mortali labore infectos è vita migrare contingit , sed ad inferos etiam deturbet , ubi eorum interitu gaudere nunquam desinet .

Hæc supplicia non obscure demonstrant quanta sit mortiferi peccati malitia ; sed nulla ex re liquidius ea patet quam ex acerbissimis pœnis , quas Cœlesti Pater de unigenito suo filio sumpsit .

Innocens erat , infinito illum æternus Pater prosequebatur amore ; nihilominus atrocissimis illum tradidit cruciatibus , tradidit carnificibus dilaniandum , & in lignis crucis duos inter latrones medium , nominiosissimâ morte encandum , idque ea tantum de causa , quod debitas peccatis nostris pœnas in se transtulisset .

Agnosce igitur ô Homo ! inquit S. Bernardus , Quam gravia sint vulnera , pro quibus necesse est Dominum CHRISTUM vulnerari .

Hæc profectò res adhuc longè magis declarat odium , quo Deus peccatum mortale persequitur .

Noli itaque tibi blandiri : quamvis hasten-

hactenus perfectam in vasta solitudine
duxisses vitam, quamvis omnibus, qui-
bus beati unquam claruere, præditus fo-
res virtutibus; si mortifera macta vel
unica in te resideat, eoque in statu è vita
decedas, audire te oportebit cum virgi-
nibus fatuis, quibus nihil deerat nisi
oleum, quo charitas designatur: Nescio
vos: clausa est janua.

CAPVT XXXI.

Quam periculosum sit vita sua emendationem
de die in diem differre.

Misererimus es, quamdiu in statu
peccati mortalis versaris, hostis es
Dei, mancipium dæmonis; opera tua
mortua sunt, & meritorum expertia, pu-
tridum resectum es membra, bono-
rum operum, quæ in Ecclesia sunt, de-
stitutus es participatione, jure, quod ha-
bebas in cælum, orbatus, æterni incendi-
eus persistis.

Non tardes igitur converti ad Dominum,
& ne differas de die in diem, subito enim ve-
niet ira illius, & in tempore vindictæ disper-
det te.

Ad hæc duo S. Scripturæ verba Subiit,